



VINNI
EN
INSTITUT

KJA1082

.2

1786

v.1

c.1

3
40
V



1080045688

340 8
v.

ARNOLDI
VINNII L. C.

INSTITUTIONUM LINGVÆ
COMMENTARIUS.

Per Mamonlatoff
[Signature]

[Signature]

39376

VINNII I.C.

ARNOLDI
VINNII I.C.

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM

COMMENTARIUS.

TOMUS PRIMUS.

Dia 22 de Octobri a. 1778.

Cathedra de Dns. patris.

Dia 1. Medii. a. 1779.

Camera a. 1779.

Unquis Imperator a lib. 27. ad 100. lib. 38.

ARNOLDI VINNII I.C.

IN QUATUOR LIBROS
INSTITUTIONUM
IMPERIALIUM

COMMENTARIUS
ACADEMICUS ET FORENSIS.

EDITIO NOVA

IN USUM HISPANÆ IUVENTUTIS ADORNATA

*In qua Auctoris textus ad Bataricar. Edd. fidem exhibetur: Græca Latio
donatur: Patrii Iuris fontes, tum Ius ipsum & recepta de eo in
praxi DD. Hispanorum opiniones singulis quibusque §§.
indicantur atque exponuntur.*

TOMUS PRIMUS.



SUPERIORUM PERMISSU
VALENTIÆ

Apud BENEDICTUM MONFORT Typogr.

MDCCLXXXVI.

1786.





BIBLIOTECA

KJA1092

.2

1786

v. 7



REGIO SUPREMO CASTELLAE SENATUI

Redit ad Vos, SENATORES AMPLISSIMI, id est ad arcem Iuris & Iustitiae, Commentariorum Arnoldi Vinnii in quatuor Imperatoris Iustiniani Institutionum libros opus auspiciis Vestris coeptum & absolutum; redit autem ditioe atque honestiore cultu, postquam Auctorem Hispana togâ & Civitate donare Vobis placuit. Et sane debebatur haec honoris accessio Manibus Viri in eo studii genere summi, sub quo universa pene Hispaniae pubes Romani Iuris tirocinium posuit: debebatur item publicis Scholarum ac Studiosorum votis, & maxime decori CELSITUDINIS VESTRAE ne rursus peregrinâ ut haectenus atque obsoleta veste conspectui Vestro sisteretur. Coniungendum erat praeterea atque amico foedere sociandum cum Patrio Romani Iuris studium, novâque aliâ qua ratione iacenti in Scholis nostris domesticarum Legum disciplinae succurrendum, quum vetera de eo placita dudum exolevisent. Atque hoc praecipuum Vobis fuisse intellexi, quum proposito huius editionis consilio continuo ipsi assensum & propemodum acclamatum fuit; immo etiam

etiam delectus ex Amplissimo Ordine Vestro qui instaret operi, & in eam potissimum curam incumberet, ut de cetero Adolescentes nostri eadem opera, atque uno ut ita dicam haustu Patrii ac Romani Iuris notitiam ebiberent. Nempe hoc Vestrarum partium erat, PATRES PROVIDENTISSIMI, quos non intentos modo sed publicis etiam commodis devotos norunt omnes; me vero quod in huius saluberrimi incepti partem admiseritis, propositique Vestri ministrum elegeritis, ut mihi honestissimum est, ita sine ingenti grati animi significatione commemorare nequeo. Ac si Vestrum, Vestrique similium, id est praestantium doctrina atque eruditione virorum votis conatus mei responderint, praeclare mecum actum esse intelligam, eumque omnium quotquot mihi obtingere unquam possint quaestum reputabo maximum.

CELSISSIME SENATUS

Vester cultu & obsequio
Benedictus Monfortius

Typogr. Valent.

TYPOGRAPHUS LECTORI

Quo consilio & auspiciis novam hanc Commentariorum Arnoldi Vinnii in quatuor Imperatoris Iustiniani Institutionum libros Editionem aggressus sim, quidque in eadem adoranda praestiterim, quoniam utriusque nostrum interest, Benigne Lector, opportunum hoc loco monere duxi. Vix dum superior eius operis editio prela nostra evaserat, quum ex perlatis ad me rumoribus & crebris amicorum querelis, sero tamen, intellexi plurima in eam irrepsisse menda, ad quae passim disciplinae Iuris tirones tamquam ad scopulos impacturi essent. Id ego quidem malum vehementer dolui, atque hoc maxime quod reverti nesciat semel emissa vox. Sed quoniam eius sarcindi nulla iam amplius spes supererat, de nova & quam fieri posset emendatissima eorumdem Commentariorum editione cogitare mecum occoeperat, ut hac saltem ratione perpetuum demerendi tui studium posteris testaret, inustamque aliorum vitio typographicis operis meis notam eluerem. Commodum autem per id tempus vir quidam optimus atque humanissimus cui me plurimum debere profiteor de maturanda quam animo praecepisse me noverat editione novus accessit monitor; apud quem quum Curatorum defectum caussarer (rari enim inter nostrates sunt qui in eam curam se demittere velint): nihil moratus ultroque ac libens eam provinciam ad se recepit; simul auctor mihi extitit, ut unum aliquem accirem non e Forensi trivio Pragmaticum, sed qui Patriae ac Romanae Themidis arcana intime scrutatus ea cum utriusque Antiquitatis cognitione coniungeret, qui

qui Hispanas Leges Operi insereret iis praesertim locis quos Batavicae in aliis editionibus occupant: nimirum ut eadem opera Adolescentes nostri & Romani Iuris peritiam plene haurire, & avita Maiorum Instituta primoribus saltem laboribus attingere, eorumque gustum aliquem praecipere possent.

Id postquam cumulate praestitum fuit, rem ad Supremum Castellae Senatum deferre placuit, qui pro eo quo Litteras tuetur atque ornat studio Virum Eximium Petrum Perezium Valentem ex eodem Amplissimo Ordine Senatorem delegit, ut perpensis atque ad trutinam revocatis quae Cl. Bernardus Ioachimus Damvila Iurisconsultus Valentinus in Matritensi Regio Nobilium Ephebio Iuris publici et Moralis Philosophiae Professor summa diligentia atque industria locupletandae editioni congresserat, atque iis maxime quae ex Patrio Iure in Batavicarum Legum vicem subroganda essent, quae sibi opportuna viderentur calculo suo comprobaret atque edenda permetteret, retento in reliquis integro Auctoris textu.

Utriusque igitur Clarissimi Duumviri operam effectum, Benigne Lector, ut quam tibi sistimus Commentariorum Arnoldi Vinnii editio multo prae aliis auctior, et Hispanae Iuventutis usibus accommodatior est typis nostris prodeat; Curatorum autem diligentiam, ut emaculatio, vel si eam cum Elzevirianis, Blaeviana, Ianssoniana, Vander-Aana commiseris. Praeterea chartae nitore et characterum elegantia facile tibi persuadebunt eam non in hunc finem procuratam ut Sosis aera mereat, sed ut longum typographicis operis nostris aevum progeat. Vale.

IN-

INDEX

Rubricarum secundum Librorum & Titulorum ordinem.

Prooemium de confirmatione Institutionum.

LIBER I.

D E Iustitia & Iure. Titulus 1	1
De iure naturali gentium & civili.	2
De iure personarum.	3
De ingenuis.	4
De Libertinis.	5
Qui & ex quibus causis manumittere non possunt.	6
De lege fusia Caninia tollenda.	7
De his qui sui vel alieni juris sunt.	8
De Patria potestate.	9
De Nuptiis.	10
De Adoptionibus.	11
Quibus modis jus patriae potestatis solvitur.	12
De Tutelis.	13
Qui Testamento tutores dari possunt.	14
De Legitima agnatorum tutela.	15
De Capitis deminutione.	16
De legitima patronorum tutela.	17
De Legitima parentum tutela.	18
De Fiduciaria tutela.	19
De Atiliano tutore, & eo qui ex Lege Julia & Titia dabatur.	20
De Auctoritate tutorum.	21
Quibus modis tutela finitur.	22
De Curatoribus.	23
De Satisfatione tutorum vel curatorum.	24
De Excusationibus tutorum vel curatorum.	25
De Suspectis tutoribus vel curatoribus.	26

LIBER II.

D E Rerum divisione, & adquirendo ipsarum domino. Titulus 1	1
De Rebus corporalibus & incorporabilibus.	2
De Servitutibus rusticorum & urbanorum praediorum.	3
De Usufructu.	4
De Usu & Habitatione.	5
De usucapionibus & longi temporis praescriptionibus.	6
De Donationibus.	7
Quibus alienare licet vel non licet.	8
Per quas personas cuique acquiritur.	9
De Testamentis ordinandis.	10
De Militari testamento.	11
Quibus non est permissum facere testamentum.	12
De Exheredatione liberorum.	13
De Heredibus instituentis.	14
De Vulgari substitutione.	15
De Pupillari substitutione.	16
Quibus modis testamenta in firmantur.	17
De Inofficioso testamento.	18
De Heredum qualitate & differentia.	19
De Legatis.	20
De Ademptione legatorum & translocatione.	21
De Lege Falcidia.	22
De Fideicommissariis hereditatibus.	23
De Singulis rebus per fideicommissum relictiis.	24
De Codicillis.	25
	11.

LIBER III.

DE Hereditatibus quæ ab intestato deferuntur. Titulus	1
De legitima agnatorum successione.	2
De Senatusconsulto Tertulliano.	3
De Senatusconsulto Orficiano.	4
De Successione cognatorum.	5
De Gradibus cognationum.	6
De Servili cognatione.	7
De Successione libertorum.	8
De Assignatione libertorum.	9
De Bonorum possessionibus.	10
De Acquisitione per adrogationem.	11
De Ho cui liberalitatis causa bona addicuntur.	12
De Successionibus sublatis quæ fiebant per bonorum venditionem, & ex Senatusconsulto Claudiano.	13
De Obligationibus.	14
Quibus modis re contrahitur obligatio.	15
De verborum obligationibus.	16
De Duobus reis stipulandi & promittendi.	17
De Stipulatione servorum.	18
De Divisione stipulationum.	19
De Inutilis stipulationibus.	20
De Fidejussoribus.	21
De Literarum obligationibus.	22
De Obligationibus ex consensu.	23
De Emptione-Venditione.	24
De Locatione-Conductione.	25
De Societate.	26

De Mandato.	27
De Obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur.	28
Per quasi personas obligatio adquiritur.	29
Quibus modis tollatur obligatio.	30

LIBER IV.

DE Obligationibus quæ ex delicto nascuntur. Titulus	1
De Vi bonorum raptorum.	2
De Lege Aquilia.	3
De Injuriis.	4
De Obligationibus quæ quasi ex delicto nascuntur.	5
De Actionibus.	6
Quod cum eo qui in aliena potestate negotium gestum esse dicitur.	7
De Noxalibus actionibus.	8
Si quadrupedes pauperem fecisse dicitur.	9
De His per quos agere possumus.	10
De Satisfacti nibus.	11
De Perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes transeunt.	12
De Exceptionibus.	13
De Replicationibus.	14
De Interdictis.	15
De Pæna temere litigantium.	16
De Officio Judicis.	17
De Publicis judiciis.	18

ARNOLDI VINNI J.C.

IN LIBRUM PRIMUM

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM

et COMMENTARIUS 13. 2²

ACADEMICUS ET FORENSIS.

PROOEMIUM

De Confirmatione Institutionum.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU-CHRISTI.

IMPERATOR CESAR FLAVIUS JUSTINIANUS, ALEMNICUS, GOTTRICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ANTICUS, ALANICUS, VANDALICUS, AFRICANUS, PIUS, FELIX, INCLYTUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER AUGUSTUS, cupide legum juventuti S.

tini Imperatores plerique hoc cognomen dimiserant ante Justinianum nostrum qui illud primus revocavit in usum, primus postliminio veluti renunciatus *παναγορευτας*, uti testatur Agathias lib. 6. p. 157. Et, Spanhem. de usu & præst. numis. Tom. 2. Diss. 12. p. 403. HEIN.

CESAR] Cognomen familie in gente Julia, quod post C. Julium factum est hereditarium Imperatorum. Procedente tempore eodem nomine appellati & qui vivo Imperatore designati augustæ majestatis heredes, l. 7. C. de mæst. & mathem. Spartian. in *Allo Vero*, ubi & hunc ipsum primum Cesarem ea ratione appellatum testatur. Hodie *Reges Romanorum* vocantur. VINN. Ita quidem Spartianus in *Æl. Ver. cap. 2.* Contrâ Aurel. Viç. cap. 12. in *Trajan.* ab Hadriani demum adoptione divisa esse ait Cesarum & Augusti nomina. Neuter accurate. Omnes Principum liberi dicti sunt Cesarces jam à Neronis temporibus. Domitianus

MPERATOR] Hoc nomine etsi appellarentur omnes exercitus ductores *ει στρατηγοι, η̄ η̄ πωλε̄ταῑ η̄ υπαρχοι*, proprie tamen id tribui solebat iis qui re bene gesta hoc honoris titulo acclamatione militum vel decreto Senatus decorati essent. Post occupatam Rempublicam perpetuum Principis prænomen esse cœpit ex S. C. Honorannus ex *Cic. Tacit. Sueton. Dion. Appian.* VINN. Sed tamen Byzant.

Tom. I.

A

nus

AR-